109. Argues 8o: Si semel concedat, aliquas pfeoes Dei ee aliis pfeores etiam admittendum e, Divinas psonalitates ee inequales quoad pfeoem; d hoc Oeus admitti npt: go neq. Vm unde infert. Pbat mar: qa ee improductum ex se e pfectius, quam ee pductum; d Patnitas e improducta, Filiao a pducta e: go pfecr erit Patnitas, quam Filiao. = Alijs solutionibus omissis, nomarem, ad pbaoem noabite marem loquendo universalr, et abstractive; aliter eum pfeo revaderet psona Patris, quam psona Filij, qd procul dubio e co Fidem. - Ubi nota qd argutum ab oibus e solvendum indenti aquacumq. sia. Nam contra oes instaurari pt, ut in dicanti patebit. =

Disputao Septima

Reliqua ptinentia ad pfeoes coes toti Trinitati peurrit.

Cap. 1um.

89. de essa, et attributis.

An perfectiones communes toti Trinitati sint essentialiter similes, et ejusdem speciei?

410. Suppono 1º quod tunc extra abstractionem, et simpliciter dicuntur ejusdem speciei, quando sunt omnino essentialiter similia. Tunc vero dicuntur esse diversae speciei, quando in aliquo saltem praedicato sunt essentialiter dissimilia. Suppono 2º, quaestionem procedere de perfectionibus divinis formaliter sumptis, non vero virtualiter sumptis. Nam si sumantur virtualiter, et ut sunt a parte rei, non habent similitudinem, neque dissimilitudinem proprie loquendo. Ratio est, quia similitudo, et dissimilitudo petit distinctionem realem; nam cum simile, et dissimile sint proprie relativa tendunt in aliud; et convenit idem sibi ipsi neque simile, neque dissimile esse proprie; de perfectiones divinae communes toti Trinitati non distinguuntur virtualiter, de potius identificantur: quod ergo &c.

411. Ubi observa, quod dixi, perfectiones divinae communes toti Trinitati; quoniam, quae a parte rei distinguuntur virtualiter, quales sunt, Paternitas divina, Filiatio, Spiratio activa, et passiva habent dissimilitudinem inter se; nam Paternitas non est similis essentialiter filiationi; nec Spiratio activa est essentialiter similis Spirationi passivae, ut legenti ipsi liquet.

412. Sit ergo nostra conclusio: Aliquae perfectiones divinae communes toti Trinitati sunt essentialiter dissimiles, et diversae speciei: aliae autem sunt omnino essentialiter similes; et ejusdem speciei infimae. Ratio 1ª partis patet in bonitate, intellectu, voluntate, sapientia, omnipotentia, et pluribus aliis perfectionibus, quae sunt diversae essentialiter dissimiles, et diversae, seu quasi diversae speciei: nam conceptus formalissimus intellectus non est essentialiter similis conceptui voluntatis. Confirmatur 1º ex eo, quod nomina, quibus significantur praedictae perfectiones non sunt sinonima. Confirmatur 2º ex eo, quod perfectiones creaturarum intellectus, voluntas &c, quas ad Deum transferimus, dum easdem perfectiones intrinsecas ipsi tribuimus sunt essentialiter ~~[illegible]~~ dissimiles.

413. Ratio 2ª partis est; quia omnes actus scientiae, et amoris, quibus Deus eodem modo cognoscit, et amat objecta omnino similia, formaliter sumpti sunt essentialiter omnino similes, et ejusdem speciei infimae. Similiter potentia ad intelligendum, et amandum eodem modo objecta similia; talis est: radices Methaphysicae (?) cum omnino similem intellectionem, et amorem sunt etiam omnino similes essentialiter, et ejusdem speciei infimae. Similiter etiam formalitates omnipotentiae divinae, quae eodem modo respiciunt terminos omnino similes sunt essentialiter similes, et ejusdem speciei infimae. Ratio omnium est: quod praedictae perfectiones conveniunt omnino in praedicatis omnino essentialibus; de hoc sufficit ad hoc ut sint ejusdem speciei infimae, et omnino essentialiter similes: quod ergo &c. Confirmatur 1º ex eo, quod nomina, quibus significantur praedictae perfectiones sunt sinonima.= Confirmatur 2º ex eo, quod perfectiones creaturarum, quas ad Deum transferimus, dum easdem perfectiones intrinsecas ipsi tribuimus sunt essentialiter similes, et ejusdem speciei infimae, ut consideranti patebit.=

Caput VI.

An perfectiones communes toti Trinitati sint multitudine, et numero infinitae?

144. Aliqui apud P. Recupitum de Deo lib. 3. q. 13. docent, esse infinitas. — P. Quiros Disp. 18. de Deo, sect. 5. et P. Izquierdo tractatu 4. de Deo uno Disp. 2. n. 147, et alii asserunt, eas esse sincathegorematice infinitas numero, et multitudine; quatenus videlicet excepto a nobis quolibet illarum numero, aliquae maiores, et aliquae maiores absque termino successive decipi possunt. — Negant esse autem infinitas etiam sincathegorematice, Dominus Eximius Lib. 1. de Attributis, Cap. 12. n. 15. P. Vazquez 1. parte Disp. 30. n. 28. P. Granado Disp. 9. n. 3. P. Recupitus ubi supra, et Ismitine Tractatu 1. de Deo uno Disp. 1. n. 9.

145. Sit 1a nostra conclusio: Perfectiones communes toti Trinitati tam similes, quam dissimiles, quae incompletae sunt numero infinitae. Voco incompletas, quae non pertinent ad diversas lineas, sed ad eandem. Probatur 1a pars conclusionis, nimirum, quod similes sint multitudine infinitae. Nam in Omnipotentia possumus distinguere infinitas numero formalitates eodem modo respicientes infinitos terminos omnino essentialiter similes: verbi gratia infinitas virtutes productivas, fratres dictas, infinitorum hominum omnino similium, qui vere sunt producibiles. Similiter in scientia Dei possumus comprehendere infinitas formalitates repraesentantes eodem modo infinita obiecta omnino similia (Idem dicendum est de voluntate, et volitione Dei, de Iustitia, Misericordia, Immensitate, Aeternitate etc.), sed praedictae formalitates sunt numero infinitae et omnino essentialiter similes; nam formalitates respicientes eodem modo terminos omnino similes, nequeunt non esse omnino similes: ergo etc.

146. Probatur 2a pars conclusionis: quia in Omnipotentia Dei possumus comprehendere infinitas formalitates diverso modo respicientes infinitos terminos essentialiter dissimiles: verbi gratia infinitas virtutes productivas [redacted] fr dictas infinitarum specierum creaturarum producibilium; quae nullo modo implicant. Similiter in scientia Dei possumus distinguere infinitas formalitates repraesentantes infinita obiecta specie dicta; nam eo ipso, quod sint possibiles infinitae species creaturarum, sunt repraesentabiles infinitae species a divina cognitione. (Idem dicendum est de voluntate, et volitione Dei, et aliis pluribus perfectionibus Divinis) sed praedictae formalitates infinitae sunt essentialiter dissimiles: nam formalitates respicientes terminos essentialiter dissimiles sunt etiam essentialiter dissimiles: ergo etc.

147. Dices cum P. Izquierdo: Intellectus noster nec simul, nec successive potest infinitas Dei formalitates incompletas dictas decipere: Non simul; quia intellectus noster non potest decipere plura obiecta dicta plura nisi per plures cognitiones; Non successive, quia multitudo autem infinita successive pertransiri

rium pt; de eo ipso perfectiones Dei neq. in specie, neq. in n.º possunt esse infinitæ: g.º

118. R. 1.º nando maiorem quoad 1.ª partem: ad probationem illius dico, posse intellectum per unicam cognitionem comprehendere pla ut distincte pla. Quia possibilis est hæc cognitio mentalis creata vel simplex: possibilis est infinitis bonis; de per hanc cognitionem, intellectus cognoscit pla distincte pla; nam cognoscit, et repræsentat formaliter pluralitatem, imò cognoscit infinita, ut talia: g.º - Probatur: quia quælibet cognitio comparativa unius cum alio v.g. hæc; Petrus est similis Paulo, Francisco, et Antonio, nam illa attingit pla distincte pla, ut le expressivis terminis patet. =
- R. 2.º omissa maiore, distinguendo minorem: de eo ipso perfectiones Dei neq. in specie, neq. in n.º formaliter possunt esse infinitæ, concedo minorem; fundamentaliter, nego minorem, et consequentiam. Nam quæstio præsens potissimum inquirit: an in Deo detur fundamentum, ut in ipso sint distinguibiles infinitæ perfectiones. Quod quando intellectus noster non possit infinitas actu distinguere per accidens se habet ad præsentem quæstionem.

119. Sit 2.ª conclusio: Perfectiones communes toti Trinitati, quæ completæ sunt, et absolute loquendo neq. in specie, neq. in n.º sint infinitæ. Probatur conclusio: quia perfectiones Dei completæ, et absolute loquendo dicunt essentialiter omnes conceptus pertinentes ad eandem lineam: v.g. perfectio completa Omnipotentia, sive Omnipotentia absolute sumpta dicit essentialiter omnes omnino virtutes productivas ad extra: similiter perfectio sciendi completa, sive scientia Dei absolute sumpta dicit omnino formalitates sciendi; de hoc modo sumptæ perfectiones Dei neq. in specie, neq. in n.º sunt infinitæ, ut ipsi adversarii fatentur: g.º &c. Probatur maior authoritate Sanctorum Patrum, qui passim mentionem faciunt de Omnipotentia tanquam de una perfectione, seu attributo Dei; idem dicendum est de scientia, volte, &c. - Probatur a paritate creaturarum; quia tam in aliqua, quam in rationali homine v.g. distinguere possumus plures conceptus, quibus cum aliis, et rationalis competant: at vero quia omnes illi conceptus pertinent ad unam lineam integram componendam, non dicimus absolute loquendo reperiri in homine pla alia, aut rationalia nisi cum illo addito, in complete sumpta: g.º similiter &c.

Tractatus Quartus.

De aliquibus attributis, seu perfectionibus Dei in particulari.

Disputatio I.ª

De Simplicitate Dei.

Cap. 1.

An, et quomodo detur in Deo Simplicitas?

420. Dico 1.º: De fide est, quod Deus est ens omnino simplex. Constat 1.º ex Concilio Generali Lateranensi sub Innocentio Tertio, ut habetur in Cap. Firmiter de Summa Trinitate, ubi ait: Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus tres quidem personae, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omnino. Constat 2.º ex Concilio Rhemensi contra Gilbertum Porretanum sub Eugenio tertio, ubi sic inquiunt Patres: Credimus et confitemur simplicem naturam Divinitatis esse Deum.

421. Dico 2.º: Quod ita fide constat, etiam naturali ratione ostendi potest. Probatur 1.º: quia simplicitas ex conceptu suo est perfectio simpliciter simplex; quia melior est ipsa quam non ipsa idem, quam compositio opposita; atque inde quo entia sunt simpliciora eo sunt, ceteris paribus, perfectiora: sed quaelibet perfectio simpliciter simplex debet Deo convenire; alias Deus non esset ens omnium perfectissimum contra statuta n.º [illegible]: ergo Deo convenit simplicitas. Constat ex D. Bernardo, qui lib. 5. de consideratione disputans cum Gilberto Porretano astruente in Deo compositionem realem sic arguit: Mihi non deest, quod cogites melius eum in Deo tuo. Quaeris quid? Mera simplicitas; nam vero ingenitio simplex multiplici antefert.

422. Probatur 2.º: quia si Deus esset compositus ex partibus physicis, quaelibet pars eius esset Deus, vel non esset Deus; sed hoc implicat: ergo. Probatur minor quoad 1.am partem: ens a se est Deus; sed quaelibet pars eius esset ens a se: alias esset ens ab alio, et consequenter esset creatura, quod est absurdum: ergo quaelibet pars illius esset Deus. Probatur minor quoad 2.am partem: quia pars indigens alia comparte ad complendam aliquam essentiam non potest sola esse talis essentia; ideo enim sola materia non est compositum physicum, quia indiget alia comparte ad complendam essentiam compositi physici; sed quaelibet pars Dei indigeret alia comparte ad complendam Deitatem: alias quaelibet pars esset perfectus Deus, et consequenter cum partes essent plures, plures etiam essent Dii: quod non est Deus: ergo etc. = Aliis rationibus demonstrari solet haec conclusio, quas utpote obscuras, et inefficaces praetermittimus.

423. Dico 3.º: Deus est simplex simpliciter ex natura rei, proindeque nulla compositio formalis ex natura rei admittenda est in Deo. Conclusio est contra Scotistas, qui formalitates Dei ut infinitas, et ex natura rei distinguentes, consequenter asserunt, Deum ex talibus formalitatibus esse compositum. Probatur: quia si daretur in Deo praedicta compositio, daretur in Deo distinctio formalis ex natura rei; sed non datur constat ex n.º 244: ergo praedicta compositio in Deo non datur. Maior patet: quia eo modo, quo datur compositio, debet dari partium componentium distinctio.

424. Dico 4.º: Deus non est simplex Metaphysice, seu ratione nostra, sed potius in Deo admittenda est compositio Metaphysica, seu per rationem. Ita Doctores communiter. Primus D. disp. 30 Metaph. sect. 4. P. Gillius lib. 1. de Deo, tractatu 4.º Cap. 14. P. Fasolus 1.a parte q. 3. art. 7.

dubio 4. P. Recupitus lib. 5. de Deo, P. Martinon 1.ª parte, disp. 4. n.º 4. P. Arriaga disp. 2.ª de Deo uno, n.º 73. et alii. Aureolus in 1.um distinctione 4.ª q.ª 1.ª articulo 2.º Mayron q.ª 7. articulo 1. Soncinates lib. 12. Metaphysicae, q.ª 25. ad 3.um, Capreolus in 1.um distinctione 2.ª q.ª 3. P. Granado 1.ª parte tractatu 2.º disp. 3. P. Suarez tomo 1.º in 1.am partem ad articulum 7.um quaestionis 3.ae Sancti Thomae, dubio 2.º = Probatur: quia compositio Metaphysica nil aliud est, quam plura praedicata ratione nostra distincta, quae ordinantur ad aliquam essentiam constituendam; sed in Deo dantur plures perfectiones ratione nostra sic distinctae, ut constat ex n.º 231; quae quidem perfectiones ordinantur ad constituendam essentiam Dei, ut constat ex n.º 103: ergo etc.

Caput Secundum

An in Deo admittenda sit compositio ex genere, et differentia?

425. Negant communiter Thomistae cum Magistro in 1.um distinctione 8.ª et cum D. Thoma 1.ª parte q.ª 3. articulo 5. Negant etiam Scotistae cum suo Subtilissimo Doctore in 1.um distinctione 8. q.ª 3. et ibi Occamus q.ª 1.ª cum aliis Nominales, P. Fasolus 1.ª parte, q.ª 3. articulo 5. dubitatione 2.ª ubi 28 Auctores refert pro hac sententia. Pro qua ibidem stant P. Molina, P. Vazquez, P. Arrubal, P. Valentia, P. Granado, P. Tannerus, Doctor Eximius disp. 30 Metaphysicae, sectione 4.ª P. Fonseca lib. 5. Metaphysicae cap. 8. q.ª 1.ª et alii. = Affirmant Ariminensis q.ª 3. Marsilius q.ª 12. articulo 2. Maior q.ª 2.ª Gabriel q.ª 1.ª et 2.ª Gregorius q.ª 3.ª Smisinc tractatu 2. de Deo uno disp. 2.ª n.º 52. P. Arriaga 1.ª parte disp. 2.ª n.º 73, et alii.

426. Sit nostra conclusio cum 2.ª sententia: In Deo admittenda est compositio ex genere, et differentia. Probatur: In Deo dantur hi conceptus, ens a se, ens omnipotens, substantia intellectiva a se, substantia ingenerativa Dei etc.; sed in his praedicatis datur compositio ex genere, et differentia: ergo in Deo datur compositio ex genere, et differentia. Maior certa; minor probatur, et loquor de hoc conceptu ens a se, et idem dic de reliquis: In hoc conceptu ens a se, ly ens, est genus, et ly a se, est differentia: ergo etc. Ans quoad 2.am partem certus etiam apud adversarios est. Probatur ergo 1.a pars antecedentis: quia ly ens ut sic est praedicatum aptum praedicari de Deo, et creaturis tanquam de entitatibus essentialiter differentibus; sed in hoc stat formaliter conceptus generis: ergo. Probatur maior: quia esse ens est formaliter posse existere; sed de Deo verificatur posse existere; et de creatura etiam verificatur posse existere: insuper quia certum est, quod Deus, et creatura sint inter se essentialiter differentes: ergo. = Confirmatur: quia ex eo, quod in Deo detur compositio ex genere, et differentia nullum sequitur incombeniens, ut constabit ex solutione argumentorum: ergo etc.

927. Objicies V.º PP.es plures, ut S. D. Cyrillus Alexandrinus lib. V.º de Trin.e subinitium, D. Bernardus Ep.a ad fratres de Monte Dei in fine, D. Augustinus lib. V.º de cognitione veræ vitæ Cap. 3. et lib. 5. de Trinitate Cap. V.º D. Anselmus in Monologio Cap. 26. et D. Epiphanius in Hæreses D.i Tholomeus, et alij asserunt, Deum non posse esse sub aliquo genere, sive prædicamento, neq. componi ex genere, et differentia: ergo falsa est nostra conclusio. — R. distinguendo ant: idnant, sumendo omnia prædicata Dei, quatenus Dei, sive quatenus contracta cum aliquo prædicato proprio Dei, conc.do ant: sumendo illa, quatenus abstracta a Deo, et creatis, in quo tantum procedit conclusio, nego ant; et cons. Quia cum PP. nant prædicata Dei esse sub prædicamento, aut non posse facere compositiones ex genere, et differentia sumunt illa prædicata ut Dei, et ut contracta per aliquod prædicatum proprium Dei. In quo sensu verum est, quod non possint facere compositiones ex genere, et differentia; quia hoc modo non potest Deus convenire cum creatis in aliquo prædicato. Nos vero loquimur de prædicato ens, substantia, et alijs prædicatis Dei, non quatenus Divinis, sed quatenus abstractis a Deo, et creatis: et hoc modo neutiquam affirmant PP., Deum non posse esse sub prædicamento, neq. posse facere compositiones ex genere, et differentia. —

928. Objicies V.º Genus, et differentia se habent sicut potentia perfectibilis, et actus eam perficiens; sed talis potentia non potest dari in Deo: ergo in Deo non datur genus, et differentia. Phat min: quia Deus est actus purissimus: ergo &c. R. distinguendo majorem: se habent sicut potentia perfectibilis, et actus perficiens solo ratione nostra, conc.do majorem: ut perficiens, nego majorem; et similiter distinguo minorem; sed talis potentia ut talis non potest dari in Deo, conc.do minorem: solo ratione nostra talis, nego minorem; ad probationem distinguo ant: Deus est actus purissimus excellens potentias logicas, Metaphysicas, seu ratione nostra, nego ant; excellens potentias physicas, conc.do ant, et nego cons.

929. Objicies 3.º Nullum est prædicatum Dei, quod non sit formale; asseitas enim ex genere suo transcendit formalitates: ergo nullum est prædicatum Dei, quod possit esse genericum: ergo &c. R. negando absolute majorem. Quia ens ut sic [illegible] non dicit formaliter asseitatem. Idem dic de substantia.

930. Objicies 4.º Si daretur aliquod prædicatum genericum Deo, et creaturis commune, daretur in creatis formalitas, quæ sumpta præcisive non esset dependens a Deo: et insuper in Deo daretur formalitas, quæ sumpta præcisive non esset a se; tale siquidem esset illud prædicatum genericum præcise consideratum; sed hoc est absurdum: ergo tale prædicatum genericum in Deo admitti non potest. — R. concessa majori, negando minorem; quia absurdum non est, quod aliquid ut sic non sit formale, neq. irrale: similiter absurdum non est, quod detur formalitas, quæ sumpta præcisive non sit formaliter dependens a Deo, neq. formaliter independens a Deo, sed ab utroq. abstrahat.

431. Objicies 5°: O[mn]is formalitas D[ei] e[st] infinita: ergo nulla formalitas D[ei] p[otes]t e[ss]e genus co[mmun]e Deo, et cr[eaturis]. Pb[atur] co[nsequenti]a: quoniam aliter sequeretur, quod talis formalitas ut contracta ad creaturam e[ss]et etiam infinita; d[ictam] ut contracta ad creaturam infinita e[ss]e n[on] p[otes]t: ergo &c. R[espon]d[e]tur nando ant[ecedens] loquendo in su[m]p[tione] formali, in quo so[lum] procedit quæstio.

432. Instas: ergo conceptus ens sumptus in Deo e[st] formalitas finita. Nego co[nsequenti]am; quia ens ut sic neq[ue] e[st] f[ormaliter] infinitum, neq[ue] e[st] f[ormaliter] finitum, d[ed] ab utroq[ue] abstrahit: ad modum quo album ut sic neq[ue] e[st] f[ormaliter] irrationale, neq[ue] f[ormaliter] rationale, d[ed] ab utroq[ue] abstrahit.

433. Objicies 6°: In Deo n[on] p[otes]t dari differentia: ergo neq[ue] compositio ex genere, et differentia. Pbat[ur] ant[ecedens]: nam differentia in Deo aut e[ss]et infinita, aut finita; si infinita, in[cl]uderet f[ormaliter] o[mn]es perfectiones, quia simpliciter e[ss]et extra illam p[ræ]dicatum, quod e[ss]et genus. Si a[utem] e[ss]et finita, n[on] posset communicare infinitatem generi, et co[nsequen]ter n[on] posset Deum infinitum constituere: ergo &c.

434. R[espon]d[e]tur nando ant[ecedens]; ad probationem r[espon]deo, quod talis differentia e[ss]et infinita, q[uia] f[ormaliter] imbiberet o[mn]es perfectiones: quoniam ad rationem infiniti n[on] requiritur, quod imbibat f[ormaliter] o[mn]es perfectiones, d[ed] so[lum] quod d[ic]eat infinitatem perfectionis, etiam si aliquam perfectionem careat: ad modum quo mediatas o[mn]ium bonorum po[tenti]um e[st] infinita, etiam si n[on] comprehendat o[mn]es hoc potentias. Unde ex tota[li]tate [redacted] D[ei] differentia p[otes]t dari p[ræ]dicatum, quod sit genus; ut in hoc conceptu substantia Omnipotens, l[ic]et Omnipotens e[st] differentia Dei, et dicit infinitatem perfectionis: et t[ame]n l[ic]et substantia e[st] genus.=

435. Objicies 7°: Deus neq[ue] continet sub genere tanquam species: quoniam o[mn]is species habet sub se plura individua, et n[on] s[un]t plures Dij: neq[ue] continet sub genere tanquam individuum; quia o[mn]e individuum convenit cum alijs quoad speciem atomam, seu infimam; et Deus cum nullo alio convenit quoad tales species: ergo &c.= R[espon]deo, Deum contineri sub genere ut species subjicibilis, quia generi subjicitur, et ut individuum unicum talis speciei: quia Deus habet se tam o[mn]ibus alijs essentijs po[tentijs] dissimilem, ac proinde specifice differt ab illis: et e[st] distinctus ab ipsis, atq[ue] adeo ab eisdem differt numerice. N[on] t[ame]n continet Deus sub genere ut species p[ræ]dicabilis, et universalis; hæc enim petit essentialiter plura individua n[on] dicta, de quibus p[ræ]dicetur, ut argumentum probat, et patet in inspectione.—

Capitulum 3um.

Utrum Simplicitas Dei f[ormaliter] sumpta sit attributum positivum, vel negativum?

436. Affirmant e[ss]e attributum nativum Caietanus de Ente, et essentia cap. 5°. post quæstiones 3am, Aureolus in 1[º] distinctione 8a. q. 3. a[rticu]lo [illegible] Mayron q. 7°.

arlo 1°. Bañez q. 3. arlo 3. 1ª pte. P. Molina ibidem disp. 2ª. P. Fasolo dubitatione 5ª.
3. Eximius Dr. Lib. 1°. de Attributis cap. 3. P. Recupito lib. 5. de Deo q. 15. P.
Quiros tomo 1°. de Deo in commentariis, arlo 3. q. 3. l. Sancti Thome dubio 5,
et ples RR. = Affirmant esse positivum Enriquez in Summa arlo 28. q. 1°. Subtilis Dr. in 1um. distinctione 8ª. q. 1°. Dr Bonaventura ibidem q. 2ª. arlo 3. Omnes sine tractu de Deo uno disp. 2ª. q. 2ª. Pasqualigo de Deo disp. 44. sectione 2ª. et alii.
437. Cum 2ª sit nra sententia: Simplicitas Dei est attributum positivum. Probatur 1°: Simplicitas Dei nihil aliud est, quam identitas omnium praedicatorum communium toti Trinitati; sed haec identitas est quid positivum: ergo simplicitas Dei quid positivum est. Probatur maior: quia eo ipso, quod Deus auferret identitas realis [illegible] praedicatorum praedictorum, non daretur in Deo simplicitas realis: si quidem ubi datur realis distinctio non datur simplicitas realis, ut ex se patet: ergo. Minor vero syllogismi constat: quia identitas praedicatorum adequate positivorum non potest esse quid negativum: positivum enim non potest identificari cum negativo.
438. Probatur 2°: Id, quod tolleret per possessionem positionem aliquam physice negativi, non potest esse negativum, sed positivum; sed per possessionem positionem alicuius negativi physice tolleret a Deo talis simplicitas: ergo simplicitas Dei non potest esse quid negativum, sed positivum. Maior est certa; nam per possessionem positionem negativi non potest tolli aliquid negativum, sed solum aliquid positivum vel per possessionem positionem negationis lucis non potest tolli aliquid negativum, sed solum positivum, nempe negatio, vel lux ipsa.
Probatur minor: quia ex eo, quod Deus, quod in Deo poneret negatio identitatis inter aliqua praedicata Dei auferret simplicitas Dei; quia eo ipso, quod poneret negatio identitatis inter illa praedicata, daretur distinctio realis inter ipsa. Quae quidem distinctio cum simplicitate componi non potest; sed negatio identitatis inter aliqua praedicata Dei est aliquid negativum: quia negatio positivi, seu excludendo illius dicitur aliquid physice negativum: ergo &.
439. Dices: Simplicitas dicit negationem compositionis; sed negatio compositionis est aliquid negativum: ergo simplicitas est aliquid negativum. Probatur minor: quia compositio est aliquid positivum: ergo negatio compositionis est aliquid negativum. = Respondeo distincta maiori, distinguendo minorem: sed negatio compositionis est aliquid physice negativum, nego minorem; aliquid solum logice negativum, concedo minorem.
Ad probationem distinguo antecedens: compositio est aliquid adequate positivum, nego; inadequate, concedo antecedens, et nego consequentiam.
440. Explicatur utraque distinctio. Negatio compositionis, licet explicetur per negationem, at vero obiectum illius est identitas praedicatorum positivorum, quod est aliquid vere positivum,

et hoc, q^d sit aliq^d logicè negativum, et physicè negativum. Vel ita: Compositio dicit plures entitates, et illarum distinctiones reales inter se. Et unum q^d dicit entitatum est q^d positivum: at vero unum q^d dicit distinctionis realis illarum est aliq^d physicè negativum: q^d distinctio formalis consistit in negatione, nimirum in negatione identitatis realis unius cum alio, unumq^d quae est aliq^d physicè negativum, ut latè constat ex dictis in Metaphysica.

Disputatio Secunda.

De Immutabilitate Dei.

Cap. Unum.

Utrum Deus sit omnino immutabilis?

441. Dico 1°: De fide est, Deum esse omnino immutabilem. Constat 1° ex illo Psalmi 101: Sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. = 2° ex illo Numerorum 23: Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut Filius hominis, ut mutetur. 3°, ex illo Jacobi 1: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. 4° ex illo Malachiae 3. Ego enim Dominus, et non mutor. Ac demum ex Concilio Lateranensi sub Leone 3, quod habetur in Cap.^o Firmiter de Summa Trinitate. Unus solus est verus Deus, Aeternus, Immensus, et Immutabilis.

442. Dico 2°: Ratione etiam naturali demonstratur, Deum omnino esse immutabilem. Ita omnes Theologi. Probatur discurrendo per omnia genera mutationum. Nam in primis non potest Deus mutari de esse ad non esse, vel e contra de non esse ad esse. Ratio est; quoniam aliter non esset Aeternus. = 2°, non potest mutari recipiendo tanquam subjectum physicum aliquam formam: neque potest recipi tanquam forma physica in aliquo subjecto physico. Ratio est; quoniam aliter Deus esset entitas incompleta, et consequenter esset imperfectus. = 3°; Deus non potest mutari localiter deserendo unum spatium reale, et se extendendo in aliud. Ratio est: quoniam aliter non esset Immensus. = 4°; Deus non potest mutari intelligendo denuo aliquid, q^d anteà non intelligebat: neque e contra non intelligendo, q^d anteà intelligebat. Ratio est; quoniam aliter maneret ignorans aliquam veritatem, et consequenter non esset summè Sapiens. = 5°: Deus non potest mutari volendo aliq^d modo, et posteà nolendo, vel manendo in pura omissione volitionis antis etiam depositione abita. Ratio: quia vel Deus cognovit, q^do volebat objectum A, unumq posteà ipsum objectum A nolliturum,

involitur, in cognovit? Si cognovit: ergo talis volitio fuit nugatoria, et a Deo indignissima: siquidem esset indigna quolibet viro prudenti, ut pote quae haberet summam levitatem, et animi instantiam. Si non cognovit: ergo Deus est ignorans aliquam veritatem, et consequenter non esset summe Sapiens.

443. Opponentur; Sapientiae 7.° dicitur de Divina Sapientia a Deo indistincta: Omnibus mobilibus mobilior est Sapientia: ergo Deus mobilis, atque adeo mutabilis est. — Respondeo cum Divo Thoma 1.ª parte quaestione 9. articulo 1.° et cum Divo Dionysio ab eo citato, Sapientiam Dei Metaphorice solum dici mobilem; quatenus causando omnia exemplariter, omnia pervadit sua cognitione.

444. Oppones 1.°: Deus in tempore denominatur causans, et creans, cum antea non deberet has denominationes: ergo Deus mutatur. — Concesso antecedenti, nego consequentiam; quia praedictas denominationes, cum sint Deo extrinsecae, Deus non se habet aliter intrinsece ac antea se habebat; quod est aliter requirebatur ad rationem verae mutationis.

445. Oppones 3.°: Deus saepe transit de sciente in non scientem plures res, sicut de volente in non volentem. Nam hodie scit Deum Antichristum futurum: at vero postquam sit productus iam non sciet futurum, sed praesentem, vel praeteritum. Similiter nunc vult Deus conservare res praesentes; et postea non habebit hanc voluntatem; cum postea non sint illas conservaturus: ergo Deus in his casibus mutatur. — Respondeo, Deum nunquam transire ex sciente in non scientem, sicut neque ex volente in non volentem. Nam pro illo tempore, pro quo Antichristus est futurus, semper est futurus, et ut talis cognitus a Deo. Similiter semper Deus vult conservare res pro illo tempore pro quo reipsa illas conservat. Unde semper datur in Deo talis volitio terminata ad conservationem rerum pro eo tempore pro quo reipsa illas conservat.

446. Oppones 4.°: In tempore Deus factus est homo, atque adeo verificatur haec propositio: Deus nunc est homo, cum ab aeterno non esset homo: et quidem non ex extrinseca solum, sed per unionem veram, et realem, per quam vere, et realiter unita fuit 2.ª persona Sanctissimae Trinitatis cum humanitate: ergo in isto casu mutatus est Deus. — Respondeo concesso antecedenti, negando consequentiam; quia per talem unionem Deus non se habuit aliter intrinsece; quia neque recepit in se aliquid, neque receptus fuit. Quod autem non repugnet, quod Verbum Divinum uniatur humanitati unione substantiali creata, quin mutetur Verbum, probatur: quia si id repugnaret maxime, quia unio deberet recipi in Verbo; sed non repugnat, quod in illo non recipiatur: ergo. Probatur minor: quia imprimis non deberet recipi ex eo, quod unio sit modus; quia actio, qua Deus producit res creatas modus est, et non recipitur

cipit in Deo. 2º, n. det recipi ex eo, q.d unio sit: q.a recepta unionis id n. exigit, dro petit ẽẽ nexum realem extremorum, et abstrahit a reliquis. 3º, n. det recipi ex ratione unionis substantialis quã talis, lquã substantialis; nam mat.a ẽ substa, et n. recipit in alio, imó neq. pt recipi. 4º, n. det recipi ex eo, q.d sit unio comp.i substantialis pse; nam ad id sufficit nexus utriusq. extremi substantiale. 5º, n. det recipi ex eo, q.d sit unio penetrationis; nam ad id sufficit, q.d uniat utrumq. extremum, itaut unumq.dq. sit alteri intime pns: q.o &c.

Caput Secundum

Dubia aliqua circa Immutabilitatem expediunt.

447. Dubium 1.m: An Immutabilitas sit speciale attributum Dei ab aliis diversum? Aureolus apud P. Recupitum lib. 5. de Deo q.e 22. censet, Immutabilitatem Dei nullatenus ab ejus necessitate in essendo fr distingui. = Alii vero Theologi coīter tum a necessitate Dei in essendo, tum a cęteris attributis illam distinguunt. = Sit nra Sclusio: Immutabilitas n. distinguitur a collectione attributorum, necessitatis in essendo, seu ęternitatis, actus purissimi, Immensitatis, Summę Sapię, et pfectę volitionis, d fr adequate consistit in pdicta collectione; distinguitur q. inadequate a quolibet ex pdictis attributis.

448. Pbat.r 1.a ps: q.a pcise posita pdicta collectione ponitur Immutabilitas, et quolibet attributo pcise ablato ex tali coll.ne aufertur Immutabilitas; nam pcise posita ęternitate ponitur Immutabilitas quoad existendum, et pcise posito actu purissimo ponitur Immutabilitas quoad receptionem; et pcise posita Immensitate ponitur Immutabilitas quoad locum occupandum; et pcise posita summa Sapia ponitur Immutabilitas quoad sciam de rebus, et de oī cognitis; et pcise posita volitione pfectissima ponitur Immutabilitas quoad volitionem. Siliter pcise ablata ęternitate, aufertur Immutabilitas quoad eam; idem dicito de ablatione reliquorum attributorum: q.o in tali collectione consistit fr adequate Immutabilitas.

449. Pbat.r 2.a ps conclusionis, nimirum, q.d Immutabilitas distinguatur fr inadequate a quolibet ex pdictis attributis: Nam q.dlbt totum distinguitur fr inadequate a qualibet pte illius; dum constat ex nostro anti, q.dlbt ex pdictis attributis ẽ ps rū immutabilitatis: q.o Immutabilitas distinguitur fr inadequate a quolibet ex pdictis attributis.

450. Dices: Immutabilitas Dei consistit fr in impossia Dei ad sui mutationem; d

eo ipso immutalitas e speciale attributum distinctum fr adequate a reliquis: g° &c. — R. concessa mai, nando mires; q. talis impoa, licet explicet per terminum logice negativum, obiective tamen, et in se consistit in collectione perfectionum dictorum attributorum.

451. Quaeritur 2°: An esse omnino immutabilem sit proprium Dei? R. affirmative cum omnibus Sanctis Patribus, et Scholasticis; probatur 1° ratione: Non est possibilis aliqua creatura, quam Deus semel productam destruere non possit: neque est possibilis creatura, cuius essentia exigat esse in omni tempore, etiam imaginario: nam ab aeterno nihil creatum extitit &c.: g° nulla est creatura, quae non possit transire de non esse ad esse, aut econtra: g°. — Probatur 2°: quia nulla est possibilis creatura, quae in se contineat eminenter omnes perfectiones excogitabiles; alias esset Deus: g° nulla est creatura possibilis, quae non sit mutabilis acaretia perfectionis sibi adiungibilis ad perfectiones ipsius: g° esse omnino immutabilem est proprium Dei.

452. Quaeritur 3°: An immutalitas Dei sit attributum positivum, vel negativum? hoc est, consistens in aliquo positivo physico, vel in aliquo negativo? R. inter cetera Deo esse negativum saltem partialiter. — R. secundo tamen cum aliis esse adequate positivum. Probatur 1°: quia immutalitas consistit fr in collectione attributorum aeternitatis, ac purissimae immensitatis, summae Sapientiae, et perfectissimae volitionis; d collectio perfectionum dictorum attributorum consistit in positivo: g°. Probatur minor: quia aeternitas nihil aliud est, quam Metaphysice Deo naturam esse, semper existere: ac purissima nihil aliud est, quam perfectio, per quam Deo naturam est, excludere a se omnes imperfectiones physice receptivi, et receptibilis: Immensitas nihil aliud, quam perfectio, per quam Deo naturam est existere in omni loco: Summa Sapientia nihil aliud, quam perfectio omnium cognoscibilium: similiter volitio perfectissima nihil aliud, quam volitio excludens, exigensque exclusionem imperfectionis in volendo; d haec omnia consistunt in positivo: g° &c.

453. Probatur 2°: quia ex communi explicatione, immutalitas nihil aliud est, quam perfectio exigens negationem omnis mutationis; d exigentia ista, eo ipso, quod identificetur cum Deo, qui adequate positivus est, est aliquid positivum; implicat enim quod obiectum identificatum cum adequate positivo non sit adequate positivum: g° immutalitas Dei est aliquid positivum.

454. Dices: Immutalitas ultra perfectionem Dei, quam affert per materialiter dicitur tanquam constitutivum negationem cuiuscumque potentiae, a qua proveniat, Deum mutari; atque adeo affert negationem potentiae, a qua producat denuo aliquid in Deo receptum, vel Dei receptivum; deo ipso est aliquid negativum: g°. — R. nando maiorem; quia non affert per constitutivo negationem talis potentiae, d exigentiam negationis talis potentiae; quae exigentia in positivo consistit.

Disputatio Tertia.

De Immensitate Dei.

Cap. VI.

An Deus sit Immensus?

455. Dico 1º: De fide est, Deum esse immensum. Constat ex Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. et ex Cap. Firmiter de summa Trinitate; et ex symbolo S. Athanasii. Constat etiam ex pluribus Scripturae locis, et praecipue ex illis, in quibus dicitur, Deum implere Caelum, et terram. Jeremiae C. 23: Caelum, et terram ego impleo. Ubi nomine Caeli, et terrae totus terrarum orbis intelligitur. Et Ps. 138: Quo ibo a Spiritu tuo. Paralipomenon Cap. 2º et 6º: Caelum, et Caeli Caelorum te capere non possunt.

456. Dices 1º: In aliquibus Scripturae locis tribuitur Deo aliquis locus peculiaris, quasi non sit in omnibus. Genesis 28: Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam. Ps. 75: Habitatio eius in Sion. Et Ps. 113: Caelum Caeli Domino: terram autem dedit filiis hominum. Matthaei 6º: Pater noster, qui es in Caelis; et passim dicitur in Sacra pagina, Deum habitare in Sanctis, et longe esse ab impiis: ergo Deus non est Immensus. — Respondeo negando consequentiam; nam praedictae locutiones non significant eum modum, quo Deus est ubique ratione suae immensitatis, sed significant specialem modum, quo est in rebus aliquibus per speciales effectus, vel peculiares manifestationes aliquorum attributorum suorum in illis. Ita exponunt Sancti Patres hos, et illos Scripturae locos.

457. Dico 2º: Ratione etiam naturali constat, Deum esse Immensum. Probatur 1º: quia eo ipso, quod Deus sit omnino immutabilis, ut constat ex n. 391, nequit moveri ab uno loco in alium, ita ut verificetur, antea non erat Deus praesens huic loco, cui hic antea deerat, et modo praesens: ergo Deus est determinatus essentialiter ad existendum in loco reali saltem ex suppositione, quod existat locus: aliter posset moveri ab uno loco in alium.

458. Probatur 2º: quia ratione naturali constat, quod Deo debet concedi omnis perfectio simpliciter simplex, eo ipso, quod sit ens omnium possibilium perfectissimum, ut constat ex n. 1º; sed Immensitas est perfectio simpliciter simplex: ergo Deo concedenda est. Probatur minor: quia Immensitas nihil aliud est, quam perfectio, ratione cuius Deus Methaphysice exigit esse intime praesens omni spatio reali, et imaginario etiam ut constavit ex n. 462; sed haec est perfectio simpliciter simplex; nam melior est talis exigentia, quam opposita exigentia: ergo etc.

459. Probatur 3º: quia ratione naturali constat, Deum debere esse aeternum: ergo etiam constat debere esse Immensum. Probatur consequentia: quia sicut in Deo dicit perfectionem exigere essentialiter coexistere omni

tempore reali, et imaginario, ita illis etiam debet dicere perfectionem exigere essentialiter coexistere omni loco reali, et imaginario; eadem enim ratio pro utroque militat: quod est

Cap. VII.

An Deus sit in Spatio Imaginario?

960. Suppono Iº cum meliori sententia, spatium imaginarium esse illam vacuitatem, quae ultra ultimam superficiem convexam Coeli Empirei caret omni ente creato. Ratio est: quia qui ponit talem vacuitatem ponit spatium imaginarium, de quo est quaestio; et qui ablata spatium imaginarium aufert. = Hinc infert IIº, spatium imaginarium non esse possibilitatem omnis speciei realis, ut aliqui docent. Ratio est; quoniam aliter spatium imaginarium esset spatium reale: siquidem possibilitas entis realis est quid reale. = Infert IIIº; neque esse negationem physicam alicuius entis positivi, ut alii dicunt. Ratio est; quia licet omne creabile a Deo productum esset, et includeretur intra ambitum huius universi adhuc daretur spatium imaginarium.

961. Negat P. Vazquez Iª parte disp. 29. cap. IIº cum Altisiodorensi, Riccardo, Scoto, Durando, Capreolo, Dionisio Cartusiano, et aliis ab Argentina citatis. Ita etiam P. Moneus in suis disputationibus disp. Iª cap. IIº. P. Granado Iª parte Tractatu 3. disp. 3. sectione 2ª. P. Vannes disp. 2ª sectione 2ª dubio 4. et alii. = Affirmant Doctor Eximius disp. 30 Metaphysicae, sectione 7, et lib. IIº de Attributis cap. IIº. P. Molina Iª parte, q. 8. articulo IIº disp. 3. P. Valentia disp. II. q. 8. puncto IIº. P. Arrubal disp. II. cap. 6. P. Albertinus, P. Lessius, P. Raynaudus, P. Martinon, P. Becanus, P. Amicus, P. Recupitus, P. Quiros, P. Petrus Hurtado, P. Arriaga, et alii, quos citat P. Izquierdo Tractatu 3. de Deo uno disp. 6. n. 87. = 3ª sententia cum distinctione procedit, asserit quod Deus quidem actualiter, et de facto esse extra Mundum, ratione tamen esse praesentem in spatio imaginario. Ita P. Sillegius lib. Iº de Deo Tractatu 9. cap. 18. P. Fasolus Iª parte, q. 8. articulo I. dubio 3. et 4. = Smising Tractatu Iº de Deo uno q. 12ª, et apud hos alii.

962. Cum 2ª sententia sit nostra Conclusio: Deus est actualiter in spatio imaginario. Probatur Iº ex Sacra pagina. Job II: *Excelsior Coelo est*; quod non verificaret, nisi esset extra Coelum in spatio imaginario. Paralipomenon IIº: *Coelum, et Coeli Coelorum te capere non possunt.* Isaias 40: *Quis mensus est pugillo aquas, et Coelos palmo ponderavit.* Ubi D. Gregorius lib. IIº Moralium cap. 8. ait: *Coelum palmo metiens, et terras pugillo concludens ostendit, quod ipse sit circumquaque cunctis rebus, quas creavit exterior.* Conveniunt omnes Sancti Patres, ut videre est apud P. Izquierdo ubi supra a n. 89.

963. Dices ex adversariis, Sacras Scripturas, et Sanctos Patres praedictis metaphorice lo-

quendi sō velle sigifare, Deum a toto Mundo, in quo ē, n̄ ita circumscribi, ut nequeat ultrà in infinitum se extendere, creatis tn̄ rebus, in quibus sit. Pᵃ ē; q ᵃ verba Scripturę, et Sanctorum Patrum rigorosè sumendat, quoties ex hoc nullum sequit inveniens; d verba Scripturę, et Sanctorum Patrum rigorosè sumpta n̄ sigifant sō poss, d̄ aūalitam, et ex hac intelligentia nullum sequit inconveniens, ut ex argutorum solutiōe constavit: gᵒ solutio hęc nulla e.

464. Pbat 2ᵒ: qᵃ ppt testimonia expssa Scripturę ncario fatendum ē, Deum aūalitr, et pprie extitisse ante Mundi creaōm: gᵒ etiam fatendum ē, Deum aūalitr exire extra Mundum. Pbat csa: qᵃ sicut n̄ obstat, nullum extitisse temp reale ante Mundum, ut dicat, Deum ante Mundum aūalitr extitisse; ita nullum exire locum realem extra Mundum ~~nullum~~ obstat, ut dicat, Deum aūalitr exire extra Mundum. Ans Pbat ex Ps. 73: Deus à Rex noster ante sęcula. Et Ps. 89: Prius quam Montes fierent, aut formaret terra, et orbis, a sęculo, et usq. in sęculum tu es Deus. Ecclesiastici 24: Ab initio, et ante sęcula creata.

465. Pbat 3ᵒ: qᵃ ex oppᵃ sa, sequit, q Deus n̄ extiterit ante Mundi cdiōem; d hoc falsum ē: gᵒ. Pbat mar: qᵃ si Deus extitisset ante Mundi cdiōem, replevisset vacuitatem huius Mundi, ante quam crearet; d ex oppᵃ sa, sequit, q n̄ replevisset: gᵒ. Mar det ēē certa; q ante Mundi cdiōem nil dabat distum a pdicta vacuitate. Pbat mir: Deo de facto, p adversarios, Deus n̄ replet spatium imaginarium, q pdictum spatium nil ē; d etiam illa vacuitas ante Mundi cdiōem nil erat: gᵒ &.

Cap. 3um.

Objectiones solvuntur.

466. Objicies 1ᵒ; Aliquos Sanctos Patres asserentes, Deum ante quam crearet Mundum nullibi fuisset pt quam in se ipso. Ita D. Augustinus in id Ps. 122: Qui habitas in Cęlo. D. Bernardus lib. 5. de consideraōe: gᵒ Deus de facto n̄ ē in spatiis imaginariis, atq. utiq. ante Mundum cditum eodem mō, atq. nunc se habebat. = Rḟ, pdictos Patres sō intendere sufficientem extitisse Deum in se ipso ante Mundum cditum absq. exa in aliquo loco reali, n̄ curantes de exa eius in locis imaginariis; q disputabant cᵃ adstruentes Mundum ab ęterno.

467. Objicies 2ᵒ Aris, qui lib. 4. Physicorum, textu 46, ait: Universum n̄ ēē alicubi: quodcumq alicubi ē, et ipsum aliquid ē; et aliud quid, in quo cdtinet, oportet ēē: at extra universum totum nil ē: gᵒ in spatio imaginario nullum

consecpt. = R. Arey ibi iô accreve, universum nec alicubi tanquam in loco reali ex-
trinseco ipsum circumscribente: at vero nullo mo docere n posse aliqd ee in spatio imagi-
nario. Quod facile pbat. ex eo, q. d lib. 4. Physicorum, textu 1o. aitr. qa ubi sunt, oes ex-
tistimant alicubi ee.

968. Objicies 3o: Spatium, q. d extra Celum imaginat. prius e nil esse, et reip-
sa: d Deus ee nqt in eo, q. d nile reipsa: g.o Deus ee nqt in spatio imaginario: g.o – R. distingu-
endo majorem: prius e nil positivum, cdo: e nil imaginarium, seu ne aliqd imaginarium, et
quoad pdictam vacuitatem, nomarem, et sing distincta minor, nocoam. Quia sicut n im-
plat, q. d Deus existat in tempore imaginario, q. d ne aliqd positivum, sic n implat q. d
existat in spatio imaginario, etiam si hoc nil positivum sit.

969. Objicies 4o: Deus constituit presentem localiter p operaoem ad extra; d in spatiis ima-
ginariis nil ad extra operat: g.o in illis presens ne. R. negando majorem: q. a nullum ens consti-
tuit presens localiter p operaoem ad extra, d l per suam entitatem, l p ubicaoem sibi intrinsecam,
ut docent com. DD.

Caput 4um.

Difficultates aliquot circa Immensitatem enodantur.

970. 1a diffas: Ut Deus sit in oibus rebus p essam, presentiam, et poam? R. asuares
cum oibus theologis; ceterum n oes in explicaoe pdicti ... conveniunt. Aureolus in
in 1um distioe 37. q. unica, arlo 3. proposioe 1a. docet, q. d Deus dr ee in rebus p essam, presen-
tiam, et poam, ntres modos ... diversos essendi in rebus denotari, d unicum tantum
significari tribus particulis. = Albertus in 1um distioe 37. arlo 1o. tres formas sub unica cau-
exemplari raoe exponit; ita ut Deus dicat ee in rebus p essam q. a habent suam essam parti-
cipatam ab Deo; et p presentiam, q. a ipsi suam habent
... p poam, q. a habent suam poam participatam ab Deo, et p presentiam, q. a ipsi suam habent
ab Idea, que e ipsis in mente Dei. = Major q. 1o. arlo 1o. et P. Recupitus lib. 3. de Deo
q. 12. n.o 3. dicunt, Deum ee p essam in rebus quatenus participat ab illo; p poam, quatenus 2.
parat ad illas, ut agens; et p presentiam quatenus e ab illis in distans. = Sci Bonaventura
